

Forfatter: Brahe, Tycho

Titel: Udrag fra *Memoriæ* s. [Gravskrift over sønnen Claus]

Citation: Brahe, Tycho: "Tychonis Brahe Dani opera omnia", i Brahe, Tycho: *Tychonis Brahe Dani opera omnia*, udg. af I.L.E. Dreyer, 1913-29, s. 3. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-tycho15tom-shoot-idm140167753881456/facsimile.pdf> (tilgået 18. april 2024)

Anvendt udgave: Tychonis Brahe Dani opera omnia

[Ex epitaphio templi Wäsby Scanizæ et S. Bringii *Monumentis Scanensibus* (Lund, Goth. 1748)
p. 234 sq.]

MEMORIÆ S.

5 **C**LAUDIUS hic parva tranquillus clauditur arca,
Cui vivo in toto non foret orbe quies.
Hunc natura femel terris monstravit et illic
Conceßit faltem lex supereße dies,
10 Ut tener et levior mortali iabe solutus
Ad superos nullo pondere tardus eat;
Tempora pro modicis ubi nunc æterna diebus
Pobidet et placida pace potitus ovat.
Obijt Anno Domini MDLXXVII Januarij die VIII,
Natus eiusdem die II.
15 Nalcentes morimur
et
Morientes renalcimur.
Claudio dilecto filiolo naturali ob festinum hinc
in æternitatem disceßum tibi non viro
20 TYCHO BRAHE
F. & P.

[E codice Hauniensi coll. Thott. 1044 in 4^o]

25 **ET GENERIS ET INGENIJ NOBILITATE JUVENI**
CLARO ERICO LANGE, DN. DE ERIGSTHOLM,
PRÆSIDI ARCIS BYGHOLMENSIS, AMICO
SUO INTEGERRIMO.
S. D.

30 **H**ANC tibi Tycho tuus transmittit Erice salutem,
Si qveat ulla falus eße, ubi regnat amor.
Omnis amans animo langvet, nec corpore firmo est;
Est res plena adeo debilitatis amor.
Nunquam secum habitans, alieno in corpore vivit
Is, quem folliciti tangit amoris amor.
35 Invidet alternam requiem placidumqve soporem,
Dum vigilat pernox irrequietus amor.
Mufarumqve choros, pulcher quos ducit Apollo,
Et superum laudes non bene novit amor.
Nec secreta capit Vestalibus abdita lacris,
Quamvis igne magis ferveat omnis amor.

Lucidaqve